

Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

Henricus, de Sancto Ignatio

Leodii, 1709

Caput 27. Tametsi sola Sacra menta nortuorum, Baptismus scilicet &
pœnitentia, per se, sive ex primaria sua institutione, conferant primam
gratiam, reliqua tamen Sacra menta per accidens eam subinde ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73212)

Amor ad Deum per Sacra menta perducens.

35

Sunt. Ideoque neque utiliter habent, neque ab eis Sacra mentum utiliter petitus, nisi forte accipiendo necessitas urgeat (necessitas utique mortis, ut antea dixi) & accipientis animus ab unitatis vinculo non recedat.

255 Tametii vero plurcs apud Dianam p. 10. tr. 11. resol. 64. cenciant in necessitate mortis a Ministro heretico licet peti Eucharistiam per modum Via tici: quia tamen necessitas solum exigit Sacra menta ad salutem simpliciter necessaria, Baptismum scilicet & Poenitentiam; potestque Christi anus sine aliis Sacramentis, absque dispendo sa luit, ex hac vita discedere. Doctores communiter tradunt (ut videtur ex Augustini mente) solum Baptismum & Poenitentiam in necessitate mortis ab heretico Ministro licite peti. Et idem S. Hermenegildus mori maluit, quam Eucharistiam ab Episcopo Aiano accipere, ut refert D. Gregorius I. 3. Dial. c. 31. Moyes quoque Monachus (scilicet Sozomeno I. 6. c. 38. necnon So crate I. 4. c. 29.) a Mauvia Saracenorum Regina in Episcopum postulatus, manus impulsionem a Lucio, impissimo Atriano, recipere constanter recusavit.

256 Este verò grave peccatum ab heretico, vel schismatico Sacramentum absque necessitate recipere, satis innuit Augustinus c. 52. citato, dum ait: *negat ab eis utiliter Sacramentum accipitur.* Cum inde con sequens sit, non dignè ab eis accipi (alias utiliter acciperetur) sed indignè.

Potteriore partem idem Augustinus ibidem ex primit, his verbis: *quod à talibus Sacramentum utiliter accipitur qui non ipsi corde & moriū, sed fācile domui copulantur.* Et ratio est, quia talis Minister, cum non sit extra sanctam Ecclesie domum, potest, si voluerit, Sacramentum bene & licet administrare (quod non possunt heretici, extra Ecclesie domum constituti, dum nulla accipendi necessitas urget) & tametii sciam ipsum absque peccato non administraturum, ipsum equidem non induco in peccatum, dum ju re meo utor in utilitatem non parvam animæ meæ.

257 Fundaturque hæc doctrina in Decreto Concilii Constantini à Martino V. approbato, ubi sic: *Insuper ad evitanda scandala, & multa pericula, que confundens timoratis contingere possunt, Christi fidelibus, tenore presentium, misericorditer indulgemus, quod nemo deinceps à communione alienatus in Sacramentorum administratione, vel receptione (nota) aut alius quicunque divinis, vel extra, praetextu cuiuscumque sententia, aut confusione ecclesiastica, à iure vel ab homine generaliter promulgata, teneatur abstinere. Nulla ergo sententia vel confusa, generaliter lata contra Ministrum Sacramentorum, Christi fideles impedit à licita communicatione cum illis in Sacramentorum usu & receptione. Impedit autem, si libenter & licet ab illo Sacramenta petere & recipere non possint.*

258 Si tamen non decesset copia digni Ministri, pecarem graviter, si Sacramentum peterem à Ministro indigno, quem scirem indignè ministratum, nec peccatum istud commisurum, nisi peterem. Cavendum quippe peccatum proximi, dum sine dispendo caveri potest. Ita Navarrus & Doctores passim contra Sotum & Joanniem de la Cruz apud Leandrum à SS. Sacram. disp. 5. de Sacram. in gen. q. 11.

CAPUT XXVI.

Sacra menta omnia nova legis gratiam sanctifican tem dignè iumentibus conferant ex opere opera so, sicut & oportuno tempore gratiam actuali em (quam vocant) sacramentalem, usque ac fini cu tom. III.

jusque Sacramenti propriam, & accommodata.

Rima pars fide certa est ex Tridentino sess. 7. 259 can. 8. confirmaturque ex Scripturis n. 13. & 16. relatis. Neconon ex traditione totius Ecclesie, quæ semper agnovit in Sacramentis vim collativam gratiæ, ut constat ex Symbolo Constantinopolitano, *Confiteor unum Baptisma in remissionem peccatorum.* Quia vero vis ista non provenit à Ministro, neque à fuscipiente, sed à Christo supra dignitatem & meritum, tam Ministri, quam fuscipientes (ut passim docent SS. Patres, nominatum Augustinus I. 4. contra Crescum c. 16. ubi: *Nos eorum meritis, à quibus ministriatur, nec eorum quibus ministratur, constat Baptismus, sed propriâ sanctitate, atque veritate, propter eum à quo institutus est.*) Tridentinum concilium id exprefcit, dum dicit Sacra menta gratiam conferre ex opere operato. Quas voces dum dignantur heretici, ridiculè, neglegunt substantiam, de vocibus cavillantur.

Secunda pars ostenditur, quia quodlibet Sacra menum, præter communem effectum, id est gratiam sanctificantem, speciale habet suum effectum, ad quem perducere, per gratiam actualem cuique speciale. Siquidem per Baptismum confertur specialis gratia ad ducentam vitam christianam, per quam baptizatus munitor contra subsecuturas tentationes, ut Tertullianus I. de Baptismo tradit, dicens: *quod per Baptismum subsecutur temptationibus munimenta prestitum.*

Per Confirmationem datur gratia conferens robur, ne Christi opprobria Christianus erubet (inquit Augustinus in Psal 30.) sed nomen ipsius audacter confiteatur.

Per Eucharistiam confertur gratia, ad forendam & augendam in nobis charitatem, nutriendam que proinde & promovendam vitam spiritualem, qua gratia se habet ut antidotum quo liberemur à culpis quotidianis, & à peccatis mortalibus preferemur, prout Tridentinum testatur sess. 13. c. 2.

Per Poenitentiam Sacra mentum confertur gratia 263 specialis auxilii, ad fortius & constantius derelicta, cautiuique & efficacius vitam a imposteriorum peccata, sicut & ad satisfaciendum pro commis- sis.

Per Extremam Unctionem speciale datur auxilium, quod agrois animam alleviat, & confir mat, magnum in eo divina misericordia fiduciam excitando, quæ infirmus sublevatus, & morbi in commoda ac labores levius fert, & temptationibus devons calcaneo insidiantis faciliter resistit, & sanitatem corporis interdum, ubi salutis anima experierit, conjectur, prout idem Trid. art. sess. 14. c. 2. de Ext. Unde.

Per Sacra mentum Ordinis, speciale tribuitur 265 adiutorium ad sacras functiones sanctæ & religio se obvendas.

Per Sacra mentum denique Matrimonii, specia lis gratia praefatur ad forendum mutuum inter conjuges amorem, ad fidem conjugalem fervoram, arque ad proles in Dei timore & amore procreandas & educandas, denique ut sciat unusquisque conjugatus *vis suum possidere in sanctificatione & honore, non in passione desiderii, sicut gentes, &c.* ut Apostolus art. ad Thessal. c. 4.

De charactere, qui est proprius effectus, non 267 omnium, sed trium Sacra mentorum, Baptismi scilicet, Confirmationis & Ordinis, nihil opus est hic dicere. Satis enim de eo dictum n. 18. 19. 20. & 21.

CAPUT XXVII.

Tametii sola Sacra menta mortuorum, Baptismus

E 2

scilicet & Pœnitentia, per se, sive ex primaria sua institutione, conferant primam gratiam; reliqua tamen Sacraenta per accidens eam subinde conferunt.

268 *P*rima pars perspicua est ex eo quod idem dicuntur Sacraenta mortuorum, quia primariis instituta sunt, ut de mortuis secundum animam faciant vivos, per gratiam qua vita est anima.

269 Secunda pars (licet adversantes) habeat Vafquezium, Card. de Lugo, & alios) est S. Thomæ 3. p. q. 72. a. 7. ad 2. & q. 79. a. 3. & q. 80. a. 4. ad 5. Scotti, Richardi, Gabricilis, Paludani, Cajetani, Sotii, Gouet, Herinx, aliquorunque Thomistiarum & Scotistarum passim, item Tolci, Suarez, Henriquez, Valentia, Coninck, Tanneri, & aliorum exemplificantium in eo, qui Sacraenta ista cum attritione suscipit, bona fide putans se esse in gratia, cum non sit, nullamque habens conscientiam peccati mortalis, post debitum conscientie examen.

270 Et ratio est, quia sicut Baptismus & Pœnitentia, tametsi per se Sacraenta mortuorum, primariis instituta ad conferendam primam gratiam, aliquando ex accidente conferunt gratiam secundam, seu gratiae augmentum, utique dum suscipiuntur ab eo qui jam ante eft iustificatus: sic & reliqua Sacraenta, tametsi per se Sacraenta vivorum, primariis proinde instituta ad conferendam gratiam secundam, seu gratiae augmentum, subinde ex accidente conferunt gratiam primam. Ex fe enim vim habent gratiam conferendi, semperque illam conferunt subiecto obiciem non ponenti, prout Tridentinum docet scilicet 7. can. 6. & 7. Accedit vero quod existens in mortalibus non ponat obiciem gratiae, dum scilicet nullam habet memoriam, nec conscientiam illius, post debitum conscientie examen, idemque bona fide existimat se esse in gratia, cum non sit, nec affectum habet ad peccatum, sed attritus ad Sacraumentum accedit. Quo proinde casu Sacraenta dicta, gratiam ipsi conferunt. Non secundam. Ergo primam. Idque supponere videtur Ecclesia, dum in aliqua collecta petit, ut Eucharistia sit ablucio scelerum. Sicut & Augustinus relatus cap. invitat de Consecr. diff. 2. cum ait: quod *cum manducatur Christus, mortui viviscant*. Imd & Jacobus Apolito, dum epistolæ suis canonica cap. 3. de Extremæ Unctionis subiecto dicit: *Si in peccatis sit, remittentur ei*. Neque enim hoc dicit de solis reliquis peccatorum (ut pote que semper reperiuntur in infirmitate) sed de ipsis peccatis actualibus, etiam mortalibus, de quibus conscientiam non habet, habet tamen atritionem, que per accidentem remittuntur ei.

271 Neque efficacia sunt qua Adversarii in contrarium objiciunt. Utique 1°. quod Sacraenta gratiam non conferant, nisi ex institutione Christi, qui Sacraenta vivorum non instituit ad dandam primam gratiam. 2°. quod Sacraenta vivorum non significant primam gratiam; nec eam proinde cauferent. Cum id solum causent, quod significant. 3°. quod Eucharistia, cum sit cibus (qui mortuo applicatus, nunquam ei tribuit vitam) per accidentem non conferat primam gratiam. Ergo nec reliqua Sacraenta vivorum 4°. quod non sit ratio obligationis Sacraenta ista recipiendi in statu gracie, nisi quia vim non habent conferendi primam gratiam. 5°. quod cum per se virtutem non habeant conferendi primam gratiam, nec eam conferre possint per accidentem. Neque contrarium recte inferatur, ex eo quod Sacraenta per se conferunt primam gratiam, per accidentem conferant secundam. Cum plus sit conferre primam gratiam, quam secundam; nec vacat argumentum à minori ad majus. Neque e-

nim consequens est, id quod potest majus, potest minus. 6°. quod S. Thomas nostrus non favet alerationi, cum q. 72. a. 7. ad 2. dicat, quod Confirmatio non debet dari bis qui non habent gratiam, & proper hoc sicut non datur non baptizatis; ita non debet dari adulstis peccatoribus, nisi per penitentiam reparati. Ex quibus verbis confititur, quod sicut Confirmatio, sine prævio Baptismo, ne quidem per accidentem conferit gratiam; ita ne eam conferit sine prævia pœnitentia reparante, sive gratiam primam conferente.

Hæc inquam argumenta efficacia non sunt. Non 272 primum: quia Christus omnia Sacraenta instituit, ut conferant gratiam non ponentes obiciem. Contingit autem obiciem non ponit Sacramento vivorum à mortuo, qui se vivum existimat, ut supra vidimus. Quo proinde casu, si fuerit attributus, Sacraumentum illud gratiam ipsi conferet. Non secundam. Ergo primam. Ad quam conferendam licet Christus illud non instituerit prima intentione, bene secundaria.

Nec secundum: quia fatis est, quod Sacra 273 menta vivorum verè significant & cauferent gratiam, ad hoc ut subinde cauferent per accidentem gratiam primam. Quia per accidentem contingit, gratiam quam cauferent esse primam, ut vidimus. Nec ad cauferandam per accidentem gratiam primam, necessaria est quod eam significant per primam. Quod enim vulgo dicitur: Sacraenta id solum cauferant, quod significant: verum est de effectu per se, sive principali; (ut enim S. Thomas a Supplm. q. 30. a. 1. ex ipsa significazione Sacraentis, abet acipi ejus principialis effectus) sed non necessarium est de effectu per accidentem, seu secundario.

Nec tertium: quia licet cibus materialis, qui 274 per se non est vita, nec in se convertit alium, ipsi neque vitam restituere. Id tamen potest Eucharistia, qua est vita per effectum, alitumque in se convertit. Præsertim cum homo, qui alitetur Eucharistiæ, non sit in casu nostro sic mortuus, quin aliquem exercet actum saltem imperfictum vite spiritualis, Eucharistiæ cum attritione, fiducie, & reverentia manducando. Confer id quo S. Thomas dicit infra n. 277.

Nec quartum: quia ratio istius obligationis est, 275 quia Sacraenta ista, per se loquendo, sive ex primaria Christi institutione, gratiam supponunt in subiecto suo. Nec eam conferunt subiecto sibi conicio peccati mortalis, si non delit ipsi copia Confessoris. Idem ergo tenetur confiteri. Ad quod non tenetur qui non est conscientius.

Nec quintum: quia gratia secunda non est minor, nec ignobilis gratia prima. Nec differentia gratia primæ à secunda est penes ipsam entitatem gratiae, sed penes subiectum. Eadem quippe gratia collata subiecto viventi spiritualiter, est secunda; qua collata subiecto spiritualiter mortuo, foret prima. Non major proinde requiritur in Sacraento virtus ad conferendam gratiam primam, quam secundam. Et quis dicere potest, Eucharistiæ, qua Christum continet, minoris esse virtutis, quam Baptismum, vel Pœnitentiam?

Nec denique sextum: quia adeo perspicua est 277 hac de re sententia S. Doctoris, ut mirum sit Adversarii tam facile, sive ob argumenta tam facile solubilia, ab ea recedere. Siquidem citata q. 72. a. 7. ad 2. perspicue dicit, quod si aliquis adulterus, in peccato existens, cuius conscientiam non habet, vel si etiam non perfide contritus accedit, dummodo non fictus accedit, per gratiam collatam in hoc Sacraento (Confirmationis utique) consequetur remissionem peccatorum. Et q. 79. a. 3. de Eucharistiæ loquens, dicit, quod virtus hujus Sacraentis potest considerari dupliciter. Uno modo secundum se, & si hoc Sacraentum habet virtutem ad remittendum quæcumque

Amor ad Deum per Sacra menta perducens.

37

peccata (nota) ex passione Christi, que est fons & causa remissionis peccatorum. Alio modo potest considerari per comparationem ad eum qui recipit hoc Sacramentum, prout in eo invenitur, vel non invenitur impedimentum percipiendi hujus Sacramenti effectum. Quicumque autem habet conscientiam peccati mortalis, habet in se impedimentum percipiendi effectum hujus Sacramenti. Unde hoc Sacramentum in eo... non operatur remissio nem peccati. Potest tamen hoc Sacramentum operari remissionem peccati... etiam perceptum ab eo qui est in peccato mortali, cuius conscientiam & affectum non habet. Forte enim primo non sicut sufficienter contritus; sed devotus, & reverenter accedens, consequetur per hoc Sacramentum gratiam caritatis, que contritionem perficiet. & remissionem peccati. Propter ea (ut addit. ad 1.) petitus ut hoc Sacramentum sit ablutione scelerum: vel eorum, quorum conscientiam non habemus... vel ut contritus in nobis perficiatur, ad scelerum remissione. Ecce perfidius docte quod Eucaristia Sacramentum, perceptum ab eo qui est in peccato mortali, cuius conscientiam & affectum non habet, non invenit in ipso impedimentum percipiendi hujus Sacramenti effectum, dum uiae, hoc quia non habet conscientiam sui peccati, contingit sine culpa ipsius, quod q. 80. a. 4. ad 5. contingere dicit, cum doluit de peccatis, sed non est sufficienter contritus. Sufficit enim si in se Jigna contritione inveniat, pusi si doleat de prateritis, & proponat cavere de futuris... vel si totaliter ob peccatum oblitus. Et Suppl. q. 30. a. 1. ubi querit, an Extrema Uincio valeat ad remissionem peccatorum, quodlibet (inquit) Sacramentum est institutum principaliiter ad unum effectum, quoniam etiam alios ex consequenti inducere possit.... Unde principaliter hoc Sacramentum est institutum ad sanandum infirmatatem peccati.... Et hic defectus, nihil aliud est quam quedam debilitas... que in nobis relinquunt ex peccato... contra hanc debilitatem bono robatur per hoc Sacramentum. Sed qui hoc robur gratis facit, non compatiat peccatum: id est ex consequenti (notabene) si invenit peccatum aliquod, vel mortale, vel veniale, quoad culpam tollit ipsum (audire) dummodo non ponatur obex ex parte recipientis, sicut etiam de Eucaristia & Confirmatione supra dictum est. Et id est (nota argumentum ipsius ex Scriptura) etiam Jacobus de remissione peccati conditionaliter loquitur, dicens: Si in peccatis sit, dimittentur ei, scilicet quoad culpam. Non enim semper delet peccatum (quoad culpam) quia non invenit, &c.

Ex his luce meridianâ clarus est, secundum S. Thomam, Sacra menta Confirmationis, Eucaristie, & Extremæ Uincionis aliquando conferre primam gratiam. In vanum proinde contrarii Authores S. Doctorem in suam sententiam per trahere conantur, ex eo quod 3. p. q. 72. a. 7. ad 2. dicat: quod sicut Confirmatione non datur non baptizatis, ita non debet dari adultis peccatoribus, nisi per penitentiam reparatis. Certum quippe est, S. Doctorem in verbis istis postremis non agere de peccatoribus peccati conscientiam inculpate non habentibus, sed vel peccati conscientiam habentibus, vel sua culpâ non habentibus (quos solos, secundum Tridentinum, necesse est per præiam penitentiam, seu Penitentia Sacramentum in re suscepimus reparari) qui enim peccati conscientiam non habent inculpabiliter, quia peccatum totaliter oblitus sunt, in re confiteri nequeunt peccatum, cuius nullam omnino conscientiam, nec memoriam habent. Nec ad hoc tenentur, ut Tridentinum definit sibi 14. c. 5. his verbis: Confiteat enim nihil aliud in Ecclesia a penitentibus exigit, quam ut postquam quisque diligenter se ex-

cuserit, & conscientie sue finis omnes & laebras exploraverit, ea peccata confiteatur, quibus se Dominum Deum mortaliter offendisse meauerit. Manifestum est ergo S. Doctorem ibi ad summum velle, quod sicut Confirmatione sine prævio Baptismo non conferit gratiam; ita nec sine prævia penitentia reparante eam confert peccatoribus, peccati conscientiam habentibus, vel sua culpa non habentibus.

C A P U T X X V I I I .

Sacra menta ejusdem speciei conferunt ex opere operario maiorem gratiam melius dispositis: aequaliter dispositis (v.g. Baptismus infantibus) aequalem.

Ermo est de Sacramentis nova legis, qua æ- 279
Qualiter dispositis aequali gratiam ex opere operato id est conferunt, quia (ut S. Thomas ar-
guit q. 69. a. 8.) existente aequali virtute cause, & aequali dispositione subjecti, non est unde pro-
veniat effectus inaequalis. Ubi vero inaequalis est
dispositio subjecti, secundum Synodum Tridentinam fest. 6. c. 7. loquenter de justificatione per
Baptismum, Sacramentum confert gratiam secundum propriam cuiusque dispositionem, id est
proportionate ad illam. Eò quod utique Deus in ordine gratiae imitetur ordinem naturæ. Unde
sicut in naturalibus iubjectum melius dispositum
præstantiore effectum participat ab eadem cau-
sa aequali applicata: sic etiam in supernaturalibus.
Nec assertio procedit de sola gratia, qua sub- 280
jecto confertur ex opere operantis; sed & de gra-
tia, qua ipsi confertur ex opere operato, sive ex
virtute passionis Domini nostri Iesu Christi. Ut
enim S. Thomas ait in 4. dist. 4. q. 2. a. 3. qua-
siunc. 2. ad 2. quoniam passio Christi, qua in
Baptismo operatur, quantum est de se, aequaliter
respectum ad omnes habeat: quia tamen quidam ad
Baptismum cum majori preparatione fidei & devo-
tione accedunt quam alii, ideo quamvis alii mayo-
rem gratiam consequuntur. Eò quod utique virtus
passionis Christi cuique per Sacra menta sic com-
municetur supra meritum dignitatemque subjecti,
(propter Christum à quo, velut Agente princi-
pali actio sacramentalis procedit) ut tamen cuique
communicetur cum proportione ad dispositio-
nem recipientis. Sicut etiam ab eodem igne
accipit plus calor, qui plus ei appropinquat;
licet ignis, quantum est de se, aqua alter ad omnes
calorem suum effundat, ait S. Doctor q. 69. a. 8.

C A P U T X X I X .

Non omnia Sacra menta fidè suscepta, sublatâ fi-
zione reviviscunt; sed solum Baptismus, & forte
duo alia characterem imprimit, Confirmatione
seculicet, & Ordo, foris etiam Matrimonium.

Baptismus fidè suscepimus (id est suscepimus 281
line debita dispositio, vel cum contraria dispositio,
sive effectu ad mortale peccatum) sublatâ fi-
ctione reviviscere, id est gratiam cauare,
quam in sui susceptione fictio impedit, com-
munis est sententia Doctorum ex eam: tunc valere
de Consecr. dist. 4. ubi dicitur: quod tunc valere
ad salutem incipit baptismus, cum illa fictio veraci
confessione recelerit, que, corde in malitia, vel
sacrilegio perseverante, peccatorum abolitionem nos
finiebat fieri. Canon iste desumptus est ex Augu-
stino 1. de Baptismo c. 12. Qui id ipsum tradit
lib. 3. c. 13. lib. 4. c. 3. & lib. 6. c. 25.

Morinus quidem de Penit. 1. 9. c. 13. dicit, 282
quod reviviscit virtus Baptismi de eo tam
cum intellexerunt Patres, qui extra Ecclesiam sus-
cepimus est. Sed fallitur vir doctissimus: siquidem

¶ 3